


Hermann Lembke

**Programma Quo Hermannus Lembke/ I.U.D. Prof. Publ. Facultat. Iuridicae in  
Academia Rostochiensi ... ad Disputationem Inauguralem Dn. Johannis Hennings  
Grubenhag. in Auditorio Maiori ... habendam ... peramanter invitat**

Rostock: Kilius, 1671

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747347638>

Druck Freier  Zugang







N. K. — 2 (91.)



1. Schütz de possessione.
2. Schütz de usu fructu.
3. Schütz de obligationibus.
4. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
5. Pahn de praesagio rerum publicarum.
6. Pahn an licet Christiano ethnico jure uti.
7. Pahn de deorsu in contractibus minorum.
8. Pahn de concursu actionum.
9. Stypmann de concursu actionum ejusque effectu.
10. Pahn de concursu et prioritare creditorum.
11. Stephani de concursu creditorum eorumque privilegiis.
12. Pahn de processu judiciario.
13. Pahn de austraegis.
14. Pahn de nobilitate.
15. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
16. Pahn de jure emphyteutico.
17. Pahn de injuriis et famosis libellis.
18. Embere de beneficio competentiae.
19. Embere de necessaria defensione.
20. Redeker de gratia.
21. Redeker de homagio.
22. Redeker de cunspiriis publicis.
23. Redeker de morte.
24. Redeker de neutralitate.
25. Redeker de liquidatione.
26. Redeker de errore calculi.
27. Redeker an suspectus de tali crimine ex quo poena infamiae aut alia corporis afflictiva irrogari possit, ad juramentum praestandum sit compellendus.
28. Redeker de confessionibus.
29. Saurenberg de liberarum civitatum v. R. I. eminentia, jure et privilegiis.
30. Saurenberg de interdicto Salviano.
31. Woldenberg de vestigalibus publicis et amissionis.
32. Woldenberg de aetate canonica et qualitate et ordine praeficiendorum.
33. Woldenberg an consensus parentum in nuptias liberorum de jure divino, naturali, gentium civili et canonico de necessitate an honestate requirendus.
34. Woldenberg de majuma.
35. Woldenberg de novo anno seu oblatione votorum.



36. Woldenberg idea seu delineatio juris publici in imperio Rom. Germ.  
 37. Woldenberg de favore episcopi quod publice interest.  
 38. Rahne de successione conjugum.  
 39. Radov. an factum senis procuratoris et coloni aliorumve alterius nomine possidentium, atque possessionem negligentius vel dolose prodebatum domino verove possessori nocent?  
 40. Volochow de quaestione in Tortura reorum.  
 41. Hegenwaldt de tributis extraordinariis.  
 42. Schütz de investitura.  
 43. Strögh de jure testandi inter liberos.  
 44. Strögh de pactis successoria, eorumque iustitia.  
 45. Plinius de jure necessariae defensionis. Völsper.  
 46. Ziegler de eo quod iustum est circa mortuos.  
 47. Librand de valore juramenti actui adpositi.  
 48. Librand de intercessione mulieris pro marito.  
 49. Redeker de tortura prohibenda.  
 50. Redeker de quaestionibus seu tortura reorum.  
 51. Leifer de aquae pluviae arcendae actione.  
 52. Leifer de responsis prudentium.  
 53. Novius de fictione.  
 54. Radov. de archivis.  
 55. Pomerech de auctoritate juris.  
 56. Beckmann de obligationum confusione et resuscitatione.  
 57. Beckmann juris de non appellando et differentia juris de non evocando.  
 58. Schleenstein de affinitate.  
 59. Reichel de beneficio probandi secundae instantiae.  
 60. Rümelin de donatione remuneratoria et obligatione antidotali.  
 61. Gabe de iuribus et privilegiis miserabilium personarum.  
 62. Romaner de corpore delicti in criminibus facti permanentis potioribus, ad effectum condemnationis considerato.  
 63. Chuno ad L. S. C. ad L. Jul. majest.  
 64. Mylour de morgengaba Zittaviensi.  
 65. Heier de primo cautionis gradu.  
 66. Rahne de incorporatione.  
 67. Redeker de actu judiciali extremo seu executione.  
 68. Redeker de quaestoribus.  
 69. Woldenberg de abactu sive abigatu.  
 70. Lambert de misfollaveir juris controversis et appellationibus.  
 71. Wedderkopff de irrohulatione actorum.  
 72. Aichel Thüser juris controversi.



PROGRAMMA

90

<sup>Q<sup>uo</sup></sup>  
HERMANNUS

Lembke/

J.V.D. Prof. Publ. Facultat. Iuri-  
dicæ in Academia Rostochiensi  
SENIOR, & p. t.

DECANUS,

Suo & DNN. Collegarum nomine,  
ad

Disputationem Inauguralem  
DN. JOHANNIS HEN-  
NINGS Grubenhag.

*In Auditorio Majori, die XXVII. hujus Junii,  
DEO volente, habendam,*

Magnificum DN. RECTOREM,  
DNN. Professores, omnesq; Omnium Or-  
dinum Cives Academicos, Literatos & literarum  
Fautores officiosè & peramanter  
invitat.

ROSTOCHII, Typis, JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. 1671.





Lectori Salutem.



Uotiens Dei Omnipotentis providentiam & curam circa omnium rerum conservationem earumque exactam moderationem intentioni consideramus animo, non satis mirari & venerari possumus summam quoque propterea ejus bonitatem, quod non solum Leges æquissimæ & justissimæ, in tantis Ethnicorum tenebris, fuerint promulgatæ; sed etiam quod Legum illa Scientia à Majoribus conservata & à squalore situq; purgata, ad nostra Posterorum tempora fideliter tandem fuerit transmissa. Uti verò aliàs instabilis est fors rerum, ita nec eadem hujus Juris Romani semper fuit auctoritas atq; constans valor. Quanquam enim initio, ipsius Justiniani Sacratissimi Imperatoris tempore, in maximò fuerit pretio, ita ut id solum & unicè in omnibus judiciis allegari & observari debuerit, tamen insequentibus temporibus non solum in Occidente, cum Germani, Galli, Hispani, Imperatoriam excuterent dominationem, Hunni etiam, Vandali, Longobardi, Franci, Gothi, Italiam debellatam quasi postliminii jure repeterent, Romanarum Legum studium & vis judiciorum unà cum dignitate Imperii Romani vilescere ac labi cœpit, sed etiam in Oriente expiravit fermè. Seculo enim IX. Basilius Macedo rerum in Oriente potitus, cum filio suo Flavio Leone, ex invidia gloriæ Justinianæ, Jure Romano contemptò ac suppressò, novū aliquod Juris Corpus condidit, & ab omnibus sibi subjectis observari voluit, idq; felici satis progressu, usque dum à Turcis captâ sede Orientis

Cons



Constantinopoli Imperium Romanum Orientale eum novis illis Legibus fuit sublatum. Ut ut verò ad quingentos circiter annos à Morte Justiniani, quibus Barbari Italiam & adjacentes terras tenebant, nullus fuerit Juris Civilis usus, sed sepulta omnis Legum Romanarum peritià, dum illi patritas ac civitas suas leges invehebant, & morum non secus politiam, ac ipsum. Linguae latinae usum perturbabant ac corrumpebant: tamen. illud Jus Romanum, quod ubiq; animam agere videbatur, non planè fuit extinctum, sed iterum in Occidente reviviscere coepit, admirandò Dei quodam adjutorio, maximò omnium applausu. Seculo quippe XII. regnante Imperatore *Lothario. II.* Saxone, extitit vir quidam singularis eruditionis & acutissimi ingenii *Irnerius sive Wernerus* homo Germanus, qui apud *Mechtildam* Comitissam in Italia, plurimùm gratià & auctoritate pollebat. Hic Libros Legum Romanarum eversà Melphitanà civitate Apuliæ, apud Pisanos victores repertos evulgavit. Cùm enim occasione controversiæ cujusdam de Assè ipsi motæ, uti creditur, libros juris Civilis Romani, qui tunc invidente fortunà incogniti prorsus erant facti, è Bibliotheca eductos enixiori studio evolveret, & Leges hasce Romanas quamplurimis quoq; aliis controversiis definiendis sufficere perspiceret, ipse Lothario Imperatori auctor fuit & svasor, ut in Scholis proponerentur: Et hinc primus Ipse Bononiæ explicationem Legum Romanarum instituit, easq; ab æquitate ac singulari prudentiâ, præ reliquis Barbarorum Legibus, quæ tunc temporis observabantur, commendavit. Quæ commendatio rei novæ admirationem excitavit, magis magisq; auxit, & tantum deniq; profecit, ut non solum ipsa Mechtilda Irnerium ad Jus hoc Romanum illustrandum & docendum maximè incitaret, sed etiam ut Bononienses novo quodam exemplo publicam Scholam Doctrinæ Juris Civilis instituerent. Ex hujus Irnerii sive *Wernerii* informatione multi doctissimi viri optimè de jure nostro meriti postea provenerunt, quorum operâ studium juris



majores quotidie fecit progressus. Imprimis verò ex iis claruerunt *Placentinus* qui primus Juris professionem in Galliam propagavit, deinde *Bagarottus*, *Rofredus*, *Johannes Bassanus*, *Bulgarus*, *Azo*, qui omnes Bononiæ jura docuerunt, quorum etiam Epitaphia adhuc hodie Bononiæ conspici dicuntur. Præprimis hic memorandus est *Accursus*, seculo 13. sub *Friderico II.* clarus, qui quamvis quadragenarius fermè, animam ad Jus Civile discendum primùm appulerit, in totum tamen Jus Civile septennii spacio glossas conscripsit, in quibus mirà brevitæte leges omnes similes addidit, discrepantes conciliavit, & exinde tantam industriæ, judicii, memoriæq; famam est assecutus, ut vix alius quisquã tantas glossas Juri Civili adjicere animum sibi sumperit. Hos secuti sunt *Odofredus*, *Speculator*, *Petrus de Bella Pertica*, *Jacobus de Arena*, *Cynus*, *Johannes Platenfis*, *Bartolus*, *Albericus Rosatus*, *Baldus*, *Angelus*, *Perusinus*, *Salicetus*, *Paulus de Castro*, *Jason*, & multi alii, qui singulari industriæ & indefesso labore Jus Romanum excoluerunt, quod & scripta ipsorum abundè testantur. Sic itaq; commentatione ac professione tantorum virorum Jus hoc cæteris Barbarorum Legibus & plenius & utilius & æquius visum, spontaneo tandem & liberrimo populorum consensu primùm in Italia receptum & ad vicina Regna Galliæ & Hispaniæ propagatum, suos quoq; ibidem Assellas & assertatores invenit, ut *Augustinum*, *Covarruviam*, *Goveanum*, *Budaum*, *Cujacium*, *Duarenum*, *Contium*, *Hotomannum*, *Brissonium*, *Fabros* & alios maximè conspicuos. Donec tandem in Germaniam quoque translatum effloruerit, ubi ad tantum gloriæ fastigium pervenit, ut pro jure Communi ubique observetur, quo tanquam amissi quadam, quæ æquitati & honestati publicæ accommoda est, nunc utimur. Imò in cæteris quoq; Regnis non modicam habet auctoritatem, adeò ut Exteri Leges suas ex Jure Romano desumant, explicent, illustrent, & id in casibus omissis aut decidendis controversiis adhibeant. Maxima igitur ante omnia Deo Optimo Maximo agenda sunt gratia,



tia; quod in tanta Barbarie, in tantis hostium concursionibus  
& imperii Romani ruinis, hanc ipsam immensam legum sapien-  
tiam conservaverit & ad hæc tempora nostra benignè propaga-  
verit. Non immeritò insimul laudandum est studium & cura  
vetustiorum Jurorum, quòd non solum illam Juris nostri Pru-  
dentiam ab orco quasi revocaverint, sed etiam summo studio  
& acri ingenio excoluerint. Quod si hi, qui urbes extruxerunt,  
qui monumenta condiderunt, qui opera publicè splendida sta-  
tuerunt, aut aliis externis Rempublicam sublevarunt meritis,  
singularibus laudibus sunt extollendi, profectò illi, qui nobis  
talem tradidere Scientiam, quæ hæc omnia moderatur, & in  
concordia & tranquillitate retinere docet, majoribus orna-  
mentis sunt condecorandi. Illi enim quamvis in Rempublicam  
talibus suis benefactis non parùm splendoris atque ornamenti  
contulerint, interdum tamen suæ duntaxat famæ ac gloriæ con-  
suluerunt, interdum etiam immensis sumptibus Rempubli-  
cam exhauferunt & miserè deinde afflictam ruinæ tandem ex-  
posuerunt: Hi verò publicæ hominum utilitati sine ullo vel  
publicæ vel privatæ rei dispendio inservierunt, totique homi-  
num societati prodesse voluerunt, eam revocantes & traden-  
tes disciplinam, quæ rerum Divinarum ac Humanarum est noti-  
tia, Justitiæ Injusti scientia. Et quisnam Jurisprudentiæ no-  
stræ hoc encomium convenire sanus negaverit. Hæc nempe  
hominibus viam monstrat ad Justitiam, æquitatem inculcat &  
per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellit: Hæc  
hominum conservat societatem; Hæc bona, vitam, famam ven-  
dicat atque tuetur: Hæc præmiorum promissione hortatur ad  
virtutes sectandas, & severâ pœnarum comminatione vitia fu-  
gere jubet. Adeoque hujus ope Respublica benè ordinatur,  
lapsa erigitur, fatigata reparatur: Certè hæc si destituere-  
mur, vel more pecudum aut parum absimili viveremus, idq;  
facile cuivis apparet oculos modò extra Europam flectenti,  
ubi rarò justitia sic viget & æqui & boni tanta habetur ratio.



Sed interdum unius regimini ac voluntati parendum est, qui  
sæpè libidini & cupiditatibus deditus iniquum ab æquo haud  
separare novit. Planè à tali instituto aliena est nostra Jurispru-  
dencia, quæ Imperantes & Parentes frenis sanctarum legum  
injustitiæ & æquitatis via optimè continet, suum cuique tri-  
buit nec ullum cum alterius injuria locupletari patitur. Por-  
rò quantum in cognoscenda illustri hac Doctrina delectatio-  
nis, quantum superflue in ea perlustranda svavitatis sit, non  
facile quis dixerit; nam non solum egregiam illa nobis præbet  
antiquitatis effigiem, dum partim verborum priscorum ob-  
scuritatem declarat, partim Veterum ritus, tam in negotiis re-  
ligiosis, quam in profanis adhiberi solitos demonstrat, cere-  
monias, formulas, ac in judicio olim usitatos agendi modos  
optimè antè oculos ponit: Sed etiam maximâ orationis ele-  
gantiâ ac verborum gratiâ ad sese nos invitat, in quo genere  
profectò nostra hæc Disciplina adeò eminet, ut plurimis ele-  
gantiâ styli claris scriptis, si non palmam planè præripiat, dubi-  
am tamen faciat. Suspendamus hæc de re nostrum nostro-  
rumque Jctorum testimonium, cui fortè, cum sit domesti-  
cum, non adeò haberetur fides, audiamus modò acerrimum  
reprehensorem & interdum nimis gravem Aristarchum, *Val-  
lam*, cui quamvis carpendi libido alia fortè suppeditasset, veri-  
tas tamen hæc extorsit. Is initio lib. 3. Elegantiar. ita habet.  
*Perlegi proximè quinquaginta Digestorum libros, explerisque Jcto-  
rum voluminibus excerptos & relegi tum libenter, tum vero quadam  
cum admiratione. Primum quod nescias, utrum diligentiane, an  
gravitas, prudentia an æquitas, scientiarerum, an orationis digni-  
tas præstet & majori laude digna esse videatur.* Hæc ille. Cæterum  
si ulterius oculum intendimus, deprehendemus quoque Juris-  
prudentiam nostram, neque esse confusum aliquod chaos ex  
multis voluminibus in unum inordinatè coniectum, sed po-  
tius talem esse artem, quæ omnes disputationes & decisiones  
legitimas ex ingentibus & pœnè innumeris voluminibus, quæ  
à tot



à tot excreverant seculis, optimo ordine disposuit & mirâ brevitate in sinus suos recepit. Ita ut nulli non in ea versato appareat Librorum & Titulorum inter se invicem concinnam, quæ in tanta materiarum mole obtineri potuit, esse connexionem & cohærentiam; Nequè Jurisprudentiam nostram nudas tantùm continere positiones justæ & injustæ, nec aliud; Sed latifundii instar est, ex quo variæ rationes, disputationes & decisiones ex naturali ratione & jure deductæ optimè hauriri possunt, quæ variis etiam de novo emergentibus casibus benè applicantur, ita ut non simulatam in ea latere philosophiam optimo jure affirmaveris. Jurisprudentiam igitur nostram quis non lubens amplecteretur? Quis non sanctissimum illud Justitiæ templum devotus ingrederetur? Certeis qui id agunt, ad sociavit se quoq; Clarissimus atq; Ornatiss. DN. Candidatus JOHANNES HENNINGS, qui indefesso labore & alacri studio illud hæcenus frequentavit & uberrimos inde reportavit fructus. Quod vitam & studia Illius concernit, natus est anno 1641. Einbeccæ. quæ præcipua Ducatus Grubenhagensis civitas. Patrem habuit DN. JOHANNEM Hennings / Sereniss. Princip. Brunsv. & Luneb. regendæ Catlenburgensi Diocæsi ad 22. annos quondam Præfectum meritissimum. Matrem verò ELISABETHAM CATHARINAM Hasensues. DN. LEVINI Hasensues / olim Ducalis Præfecti Lichtenbergensis, filiam dilectissimam. Prima doctrinæ ac pietatis fundamenta in Patria jecit, privatorum magistrorum informationi commissus, quibus feliciter jactis, ad altiora contendit, quare postmodum ad Scholam Guelpherbytanam & deinde ad Ducalem Walkenretinam missus fuit, ubi, cum humaniora, in quantum solitum, didicisset, anno demum ætatis 21. in Academiâ Jenensem, celebrem sapientiæ officinam est missus, studioq; Historico & Philosophico, in quantum sufficit absolutò, Celeberrimos JCtos DN. RICHTERUM & DN. STRUVIUM jura docentes sedulo audivit, nec non postea ex Academia Julia in Jenensem  
rever-




reversus Jcti DN. STRAUCHII publicis & privatis lectionibus assidue interfuit. Tandem quatuor ab hinc annis ductu & auspiciis Celeberr. Practic. animu ad Processum Judicarium appulit, seq; ex eo tempore Causarum forensium Patronum & Defensorem fidelissimum praebeuit. Cum ergo hic DN. JOHANNES HENNINS Grubenh. non multo tempore elapsò ad nostras quoq; demum venisset musas & à Facultate nostra praemium vitae antè actæ & studiorum, Summos nimir. in utroq; jure, honores, modestè petiisset, ejus tam honesto d. si terio neutiquam deesse potuimus, proinde, ut, quàm optimè se in examine Facultatis privato satis rigoroso gesserit, publico quoq; specimine demonstraret, ipsi indulsimus. Conscripsit ergò loco Disputationis Inauguralis, MISCELLANEAS CONTROVERSIAS ET ASSERTIONES, ex variis juris materiis excerptas & ex intimis Jurisprudentiæ, nec non Philosophiæ principiis deductas. Quæ Disputatio cum Deo volente ad Diem XXVII. præsentis Junii, habenda sit. *Magnificum DNN. Rectorem, Excellentissimos Omnium Facultatum DNN. Professores, Doctores, Licentiatos, Verbi Divini Ministros, Philosophia Magistros, Nobilissimam item & Præstantissimam, DNN. Studioforum coronam, adeoque Omnes omninò Literatos Literarumq; Fautores, eâ quâ decet humanitate & studio rogamus, ut actui huic inaugurali frequentes adesse & argumentis quoq; suis in egregios profectus Dni. Candidati inquirere, vel quomodo ab aliis inquiratur, benevolè audire, suâq; præsentia actum hunc illustriorem reddere velint. Cognoscemus inde in Nos & honestissima nostra studia cujuslibet benevolum affectum & propensum animum, Seduloquè annitemur ut eundem unâ cum Dno. Candidato omnibus officiorum generibus, oblatâ occasione, quovis tempore ac loco demereri possimus.*


*P. P. sub sigillo Facultatis, die XIX. Junii  
ANNO M. DC. LXXI.*






















burgensi Land-Recht lib. 2. art. 60. Jur. Lub. l. 2. traditur, si commodatarius rem sibi traditam alienet, Dominum Commodantem nullam actionem, cui alienatio facta est sed oportere eum commodatarium, da jemand seinen Glauben gelassen suchen / & ut in Jure Lubecensi dicitur Hand in Lib. 3. art. 2. 1. 2. ibique Mey. ubi ratio statuti.


III. Jure Civili cuivis majorenni sanæ mentis rerum administratio & alienatio permittitur l. 1. sicut C. de Obl. & Act. l. in re mandata C. man. sua non abutatur §. sed & major Inst. de his qui tem Saxonico illa potestas est restricta, quia bonorum quæ sita Stammgüter dicta, nemo sine coheredum alienare potest Land-Recht lib. 1. art.

IV. Jure Civili maritus à cura uxoris sua dare tut. §. pen. Inst. de excus. tut. Ratio ab ipso gestum, propter affectionem remittat, & talibus periclitetur uxor l. maritus. C. qui da Saxon. Land-Recht lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. maritus sit legitimus uxoris suæ tutor Ehevogt lebratis nuptiis uxor in potestatem & tutelam ma

V. Majorennis quis de Jure Civili fit, & ætatis compleverit t. i. ff. de minor. vel veniam l. 2. C. de his qui ven. et. Jure autem Saxonico tur Anno æt. 21. Land-Recht lib. 1. art. 42. & hinc eodem jure terminus restitutionis brevior Civili.

VI. Jure Civili licet Debitor ob æris modo non sit, tamen ideo à Creditoribus suis in detineri, & ad operas jure servitutis præstandas. as. juncta Auth. seq. C. de Oblig. & Act. & ibi de Jure Saxon. veteri Land-Recht lib. 3. art. 3 Lubec. Lib. 1. r. 3. art. 1. ibique Mey. n. 14. à j vitia debitor adjudicandus est, quæ etiam adj tantum locum habet, non autem in dignitate co Exec. p. 1. 6. 6. n. 129.

the scale towards document



1. &  
t aut  
con  
Com  
r ihu  
ren/  
rum  
pari  
uis re  
e au  
ma  
orum  
qui  
male  
s do  
utem  
quod  
m ce  
num  
verit  
icun  
c. 26.  
Jure  
ven-  
ivatis  
l. ob  
otest  
Jure  
fer-  
bejis  
proc.  
VII.